

Sequentes tercium et quartum Esdre libros vtrumque de canone non sunt expositores ordinarij intactos reliquerunt.

Tercius esdre. Capitulum primū.

Fecit iosias pascha in hierosolimis dño: et immolauit phase quaterdecima luna primi mensis: statuens sacerdotes per vices dierū stolis amictos in templo domini. Et dixit leuitis sacris seruis israel: vt sanctificarent se dño in positōne sanctę arcę domini in domo quam edificauit salomon filius dauid rex. Non erit vobis tolle re super humeros eaz. Et nunc deseruite domino vestro: et curam agite gētis illius israel ex parte scđm pagos et tribus vestras. scđm scripturā dauid regis israel. et scđm magnificentiā salomonis filij eius: omnes in templo: et scđm particulā principatus paternā vestram eozū qui stant in cōspectu fratrum filiorū israel. Immolate pascha: et sacrificia parate fratribus vestris: et facite scđm pceptū domini quod datum est moysi. Et donauit iosias in plebē quę inuēta est: ouiu. agnozū. et hedorum. et caprarū. triginta milia. vitulos tria milia. Dec de regalibus data sunt scđm promissionē populo: et sacerdotib⁹ in pascha: oues numero duomilia: ac vituli centus. Et iechonias et semeias et nathanabel fratres et asabias et oziel et coraba in phase. oues quinq; milia: vitulos quingētos. Et cum hęc fierent eleganter: steterūt sacerdotes et leuitę habentes azima per tribus. Et scđm partes principatū patrū in cōspectu populi offerebant domio: scđm ea quę in libro moysi scripta sunt. Et asauerunt phase igni prout oportebat: et hostias corerunt in emolis et in ollis cum beniuolentia. Et attulerūt omnibus qui erant ex plebe: et post hęc parauerunt sibi et sacerdotibus. Sacerdotes em̄ offerebant adipēs vsq; duz finita esset hora: et leuitę parauerūt sibi et fratribus suis filiis aaron. Et sacrificatores filij asaph erant per ordinē: scđm pceptū dauid. Et asaph et zacharias et ieddim⁹ q̄ erat a rege: et ostiarij p singulas ianuas: ita q; non puaricaret vnusquisq; suam. Fratres enim illorū parauerunt illis. Et consummata sunt q̄ pertinebāt ad sacrificiū dñi. In illa die egerunt phase: et offerebāt hostias super domini sacrificiū scđm pceptū regis iosię. Et egerūt filij israel qui inuenti sunt in tempore illo phase: et diem festi azimozū per dies septem. Et non ē celebratū phase tale in israel a temporibus samuel prophete: et omnes reges israel non celebrauerunt tale pascha quale egit iosias et sacerdotes et leuitę et iudę et omnis israel: qui inuenti sunt in commozitate hierosolimis. Decauodecimo āno regnāte iosia celebratum est phase. Et directa sunt

opera iosię in cōspectu dñi sui in corde pleno metuentia: et quę circa illum quidē conscripta sunt in pristinis temporibus de eis q; peccauerūt quicq; irreligiosi fuerunt in dñm p oī gente: et qui non quęsierūt verba domini super israel. Et post omnē actum hūc iosię: ascēdit pharao rex egipti veniens in charchamis ab itinere super eufratē: et exiit in obuiam illius iosias. Et misit rex egipti ad iosiam: dicēs. Quid mihi et tibi est rex iude? Non sum missus a domino vt pugnem cōtra te. Super eufraten em̄ bellum meū est. Festinans descende. Et nō ē reuersus iosias super currus: sed expugnare eum conabatur: nō attendens verbum prophete ex ore dñi: sed cōstituit ad eū bellum in campo mageddo. Et descenderunt principes ad regem iosiam. Et dixit rex pueris suis. Amouete me a pzelio. Infirmatus sum em̄ valde. Et statim amouerunt eū pueri ipsius de acie. Et ascēdit super currū secundarium suum: et perueniens hierosolimaz vita functus est: et sepultus ē in paterno sepulcro. Et in tota iudea lugebant iosiam: et qui psidebant cum vxoribus lamentabant eū vsq; in hunc diem. et datum est hoc fieri semper in omne genus israel. Dec autē prescripta sunt in libro historiārum regum iude. et singula gesta actus iosię et eius gloria: et intellectus eius in lege domini: quęq; gesta sunt ab eo: et quę nō scripta sunt in libro regū israel et iude. Et assumptes qui erant ex gente iechoniam filium iosię. constituerunt regē pro iosia patre suo: cum esset annozum trigintatrium: et regnauit super israel mensibus tribus. Et amouit euz rex egipti ne regnaret in hierosolimis. Et mulctauit gentē argenti talenta centum: et auri talentum vnum. Et cōstituit rex egipti ioachim fratrem ipsius regē ipse et hierusalem: et alligauit magistratus ioachim et zaracelem fratrem suum: et apprehensens reduxit in egiptum. Annozum erat ioachim vigintiquinq; euz regnare cepisset in terra iuda et hierusalem: et fecit malum in cōspectu domini. Post hunc autē ascēdit nabuchodonosor rex babilonis et alligans eum in areolo vinculo perduxit in babiloniam: et sacra vasa domini accepit nabuchodonosor. et tulit: et cōsecrauit in templo suo in babilonia. Nam de immundicia illius et irreligiositate scriptum est in libro temporū regū. Et regnauit ioachim filius eius pro eo. Cum autē constitutus esset: erat annozum octo. Regnauit autē menses tres: et dies decem in hierusalem: et fecit malum in cōspectu domini. Et post annū mittens nabuchodonosor trās migravit eum in babilonia simul cum sacris vasis domini: et constituit sedechiam regem iuda et hierusalem cum esset annozum viginti vnus. Regnauit autē annis vndecim. Et fecit malum in cōspectu domini. et nō ē veritatis a verbis que dicta sunt ab hieremia propheta ex ore domini: et adiuratus a rege nabuchodonosor piurans discessit: et indurata

cervice sua et corde suo transgressus est legitima domini dei israel. Et duces populi domini multa inique gesserunt: et impie egerunt super omnes imundicias gentium: et polluerunt templum domini quod sanctum erat in hierosolimis. Et misit deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos propter quod parceret illis et tabernaculo suo. Ipsi vero subsannabant in angelis suis: et qua die locutus est dominus erant illudentes prophetis eius. Qui usque ad iracundiam concitatus est: super gentem suam propter irreligiositatem suam: et precepit ascendere reges chaldeorum. Qui occiderunt iuvenes eorum in gladio: in circumitu sancti templi eorum: et non peperunt iuveni et seni et virgini: et adolescenti: sed omnes traditi sunt in manus ipsorum et omnia sacra vasa domini: et regales apothecas resumetes tulerunt in babiloniam: et incederunt domum domini: et demolierunt muros hierusalem: et turres eius incenderunt in igne. Et consummauerunt omnia honorifica eius: et ad nihilum redegerunt: et reliquos a gladio duxerunt in babilonem. Et erant serui illius usque dum regnarent perseus: in repletionem verbi domini in ore hieremie: quousque benigne ageret terra sabbata sua. Omni tempore desertionis sue sabbatizauit in applicatione annorum septuagintaseptem.

Regnante cyro rege persarum in consummatione verbi domini in ore hieremie. suscitauit dominus spiritum cyri

regis persarum: et predicauit in toto regno suo simul per scripturam: dicens. Nec dicit cyrus rex persarum. Me constituit rex orbis terrarum dominus israel dominus excelsus: et significauit mihi edificare domum sibi in hierusalem que est in iudea. Si quis est ex genere vestro: dominus ipse ascendat cum eo in hierusalem: Quotquot ergo circa loca habitant adiunget eos qui sunt in loco ipso in auro et argento in donationibus eorum equis et iumentis. cumque alijs que secundum vota apponuntur in edem domini que est in hierusalem. Et stantes principes tribuum pagorum et iudee ex tribu beniamin: et sacerdotes et leuite quos excitauit dominus ascendere et edificare domum domini que est in hierusalem: et qui erant in circumitu eorum adiuerunt in omni auro et argento eius: et iumentis et votis que pluribus: multi quoque sensus excitatus est. Et cyrus rex protulit vasa sacra domini que transtulit nabuchodonosor rex babilonis ex hierusalem: et profecit ea ydolo suo. Et profecit ea cyrus rex persarum tradidit mitridato qui erat super thesauros ipsius. Per hunc autem tradita sunt salmanasor presidi iudee. Dorum autem hic numerus. Libatoria argentea: duo milia quadrigenta: athisce argentea triginta: phiale auree triginta: ites argentea duo milia quadrigenta: et alia vasa mille. Omnia autem vasa aurea et argentea quinquem

lia octingenta sexaginta. Et enumerata sunt salmanasor filius cum his qui ex captiuitate babilonie venerant in hierosolimam. In artaxerxis autem regis persarum temporibus scripserunt ei de his qui inhabitant in iudea et hierusalem. balsamus et mitridatus et sabellus et rathimus balthemus samelius scriba: et reliqui inhabitantes in samaria: et ceteris locis subiectam epistolam regi artaxerxi. Domine pueri tui rathimus ab accidentibus: et sabellus scriba: et reliqui curie tue iudices in celestria et phenice. Et nunc notum sit domino regi: quoniam iudei qui ascenderunt a vobis ad nos venientes in hierusalem ciuitates refugam et pessimam. edificant furnos eius et statuerunt muros: et templum suscitant. quod si ciuitas ista et muri summam fuerint: non tantum tributa non sustinebunt pendere: sed etiam regibus resistent. Et quia id agit circa templum: recte haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsum: sed notum facere domino regi ut si videbit rex: queratur in libris patrum et inueniet in ammonitionibus scripta de his: scies quoniam ciuitas ista fuit refuga: et reges et ciuitates concutiens: et iudei refuge et prelia committentes in ea ab eterno: ob quam causam ciuitas ista deserta est. Nunc ergo notum facimus domine rex: quoniam si ciuitas hec edificata fuerit: et huius muri erecti fuerint: descensus tibi non erit in celestria et phenice. Tunc scripsit rex rathimo qui scribebat accidentia et balthimo et sabellio scribe et ceteris constitutis et inhabitantibus in syria et phenice ea que subiecta sunt. Legi epistolam quam misistis michi. Precepi ergo inquiri: et inuentus est. quoniam ciuitas illa est ab eis regibus resistens et homines refuge et prelia in ea efficientes: et reges fortissimi erant in hierosolimam et tributa exigentes a celestria et phenice. Nunc ergo precepi prohibere homines illos edificare ciuitatem: et prohibere ne quid ultra hec fiat: sed nec procedant in plurimum: ex quo sunt malicie: ita ut regibus molestia importetur. Tunc recitatis his que a rege artaxerxe scripta fuerant rathimus et sabellus scriba: et qui cum his constituti erant iungentes festinanter uenerunt in hierusalem: cum equitatu et turba et agmine: ceperuntque edificantes prohibere. Et vacabant ab edificatione templi in hierosolimam usque secundo anno regni dary regis persarum.

Rex darius fecit cenam magnam omnibus uenialibus suis: et omnibus magistratibus medie et persidis et omnibus purpuratis: et pretoribus: et consilibus: et prefectis sub illo ab india usque ad ethiopia centum viginti septem prouincijs. Et cum manducassent et bibissent et satiati reuerterentur tunc darius rex ascendit in cubiculo suo: et dormiuit et expergefactus est. Tunc illi tres iuvenes corporis custodes: qui custo diebant

regis dary dixerunt a
magnam omnibus uenialibus
suis: et omnibus magistratibus
medie et persidis et omnibus
purpuratis: et pretoribus: et
consilibus: et prefectis sub
ilto ab india usque ad ethiopia
centum viginti septem prouincijs.
Et cum manducassent et bibissent
et satiati reuerterentur tunc
darius rex ascendit in cubiculo
suo: et dormiuit et expergefactus
est. Tunc illi tres iuvenes
corporis custodes: qui custo
diebant

corpore regis: dixerunt alter alteri. Dicamus unusquisque nostrum sermonem qui excellat: et cuiuscumque apparuerit sermo sapientior alteri: dabit illi rex darius dona magna purpura cooperiri: et in auro bibere: et super aurum dormire: et currum aureo freno: et cydarim byssinam et torquem circa collum: et secundo loco sedebitur a dario propter sapientiam suam: et cognatus darii vocabitur. Tunc scribentes singuli suorum verbis significauerunt: et posuerunt subter crucem uicem darii regis: et dixit. Tunc surrexerit rex dabitur illi scripta nostra: et quodcumque iudicauerit rex et tribus et magistratus perfidias quam uerbum eius sapientius est: ipsi dabitur uictoria sicut scriptum est. Unus scripsit. Forte est uinum. Alius scripsit fortior est rex. Tercius scripsit: fortiores sunt mulieres: super omnia autem uincit ueritas. Et cum surrexisset rex accepit scripta sua: et dedit illi: et legit. Et mittens uocauit omnes magistratus plebem: et medos et purpuratos et pretores et prefectos: et sederunt in concilio: et lecta sunt scripta coram ipsis. Et dixit. Uocate adolescentem: et ipsi indicabant uerba sua. Et uocati sunt et introierunt. Et dixit illis. Indicate nobis de his que scripta sunt. Et cepit prior qui dixerat de fortitudine uini: et dixit. Viri: quod preualet uinum omnibus hominibus qui bibunt illud. Sed uicem mentem. Itemque regis et orphanum facit mentem uanam. Item serui ac liberi pauperis ac diuitis et omnem mentem conuertit in securitatem et iocunditatem: et non meminit omnem tristitiam et debitum: et omnia precordia facit honesta: et non meminit reges nec magistratum: et omnia per talenta loqui facit. Et non meminerunt cum biberunt amicitiam nec fraternitatem: sed si multum post: sumunt gladios: et cum a uio meruerit et surrexerit non meminerunt que gesserunt. **D** viri: num excellit uinum? Quis sic cogitat facere: et tacuit hoc dicto.

Ec. **III.**
Tinchoauit sequens
 dicere: qui dixit de fortitudine regis
 o viri: num excellunt homines: qui terram
 et mare obtinent: et omnia que in eis sunt? Rex autem super omnia excellit: et dominatur eorum: et omne quodcumque dixerit illis: faciunt. Et si miserit illos ad bellatores: vadunt et demoliunt montes et muros et turre. Ingulantur et iugulant et regis uerbum non pretereunt. Nam si uicerit asserunt regi omnia quecumque predati fuerint. Similiter et alij omnes: quotquot non militant nec pugnant: sed colunt terram: rursus cum fuerint metetes asserunt ebuta regi: Et ipse unus solus si dixerit occidite: occidunt: dixerit remittite: remittunt: dixerit percutite: percutiunt: dixerit exterminate: exterminant: dixerit edificate: edificat: dixerit excidite: excidunt: dixerit plantate: plantat: et omnis plebs et uirtutes eum obaudiunt: et super hoc ipse recumbit et bibit et dormit. **N**i autem custodiunt in circumitu eum: et si possunt ire singuli

et facere opa sua: sed in dicto obaudiētes sūt ei. **V**iri: quomodo nō excellit rex qui sic dif famatur? **E**t tacuit. **T**ercius qui dixerat de mulieribus et ueritate: hoc est zozobabel: cepit loqui. **V**iri: non magnus rex: et multi homines nec uinum excellit. **Q**uis est ergo qui dominat eorum? **N**onne mulieres genuerunt regem et omnem populum qui dominat mari et terre: et ex illis nati sunt: et ipse educauerunt eos qui plantauerunt uineas: ex quibus uinum fit? **E**t ipse faciunt stolas omnium hominum: et ipse faciunt gloriam hominibus: et non possunt homines separari a mulieribus. **S**i congregauerint aurum et argentum et omnem rem speciosam: et uiderint mulierem unam bono habitu et bona specie: omnia hec relinquentes in eam intendunt: et aperto ore respiciunt: et eam magis alliciunt quam aurum et argentum: et omnem rem preciosam. **H**omo patrem suum relinquit qui enutrit illum et suam regionem et ad mulierem se coniungit: **E**t cum muliere remittit animam: et neque patrem meminit: neque matrem neque regionem. **E**t hinc oportet uos scire: quam mulieres dominantur uestri: **N**onne doletis? **E**t accipit homo gladius suum: et vadit in uias facere furta et homicidia et mare nauigare et flumina et leonem uide et in tenebris ingreditur: et cum furtum fecerit et fraudes et rapinas: amabili sue affect: **E**t iterum diligit homo uxorem suam magis quam patrem aut matrem. **E**t multi dementes facti sunt propter uxores suas: et serui facti sunt propter illas: et multi perierunt et iugulati sunt: et peccauerunt propter mulieres. **E**t nunc credite mihi quia magnus est rex in potestate sua quam omnes regiones uerentur timere eum. **U**idebam tamen apem filiam bezacis mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram et auferentem dyadema de capite eius: et imponentem sibi: et palmis cedebat regem de sinistra manu. **E**t super hoc aperto ore intuebatur eam: et si arriserit ei ridet: nam si indigna fuerit ei blandis: donec reconciliet in gratiam. **D** viri: cur si sunt fortiores mulieres? **M**agna est terra: et excelsum est celum: que ista agunt. **E**t tunc rex et purpurati intuebantur in alterutrum. **E**t inchoauit loqui de ueritate. **D** viri: nonne fortes sunt mulieres. **M**agna est terra et excelsum est celum: et uelox cursus solis conuertit in giro celum in locum suum in una die. **N**onne magnificus est qui hec facit? **E**t ueritas magna: et fortior per omnes. **D**is tra ueritatem inuocat: celum etiam ipsam benedicit: et omnia opera mouentur et tremunt ea: et non est cum ea quicquam iniquum. **U**inum iniquum: iniquus rex: inique mulieres. **I**niqui omnes filij hominum: et iniqua illorum omnia opera: et non est in ipsis ueritas. **E**t in sua iniquitate peribunt: et ueritas manet et inualefcit in eternum et uiuit et obtinet in secula seculorum. **N**ec est apud eas accipere personas: neque differentias: sed que iusta sunt facit omnibus: iniustis ac malignis: et omnes benignant in opibus eius. **E**t non est i

iudicio et iniquū. sed fortitudo et regnum et potestas et maiestas oim euoz. **Benedictus deus veritatis.** Et desijt loquedo. Et omnes populi clamauerūt et dixerūt: **Magna ē veritas et pualet.** Tūc rex ait illi. **Pete si qd vis amplius q̄ scripta sūt. et dabo tibi scdm q̄ iuentus es sapiētior proxis. et proxim⁹ mibi sedebis. et p̄gnat⁹ meus vocaberis.** Tūc ait regi. **Memor esto voti tui qd vouisti edificare hierl̄m i die qua regnū accepisti. et oia vasa que accepta sūt ex hierl̄m remittere: q̄ separauit cyrus qm̄ mactauit babiloniā. et voluit remittere ea ibi. et tu voluisti edificare tēplū qd incēderūt idumei qm̄ exierāt a iudea a chaldeis.** Et nunc hoc ē qd postulo dñe: et quod peto hoc ē maiestas a te: postulo vt facias vortum qd vouisti regi celi ex ore tuo. **Tunc surgens darius rex osculatus ē illum. et scripsit epistolaz ad omnes dispēsatores et p̄fectos et purpuratos vt deducerēt eū. et eos qui cum illo erant. omnes ascendētes edificare hieru salem.** Et oibus p̄fectis q̄ erant in syriaz p̄hē nuce et libano scripsit epl̄as: vt traberēt ligna cedrina a libano in hierl̄m: vt edificarēt cum eis ciuitates. **Et scripsit oibus iudeis q̄ ascēdebant a regno in iudeā pro libertate: omnē potentem et magistratū et p̄fectūz nō supuenire ad ianuas ipsoz. et omnē regionēz quā obtinuerant esse immunem eis: et idumei relinquēt castella que obtinent iudeozum: et in structurā templi dare per singulos annos talenta viginti vsqz dum edificarēt: et super sacrarium holocaustoia hostilare quotidie sicut habent p̄ceptum: alia talenta decē offerre per singulos annos: et oibus qui procedunt a babilonia condere ciuitates vt esset libertas tam ip̄is q̄ filiis eozum: et oibus sacerdotibus qui precedūt. **Scripsit autēz et quantitatem: et sacrā stolaz iussit dari in qua deferuērent: et leuitis scripsit dare p̄cepta vsqz in diem qua cōsummabit domus: et hieru salez extruet. et oibus custodientibus ciuitatem scripsit dare eis sortes et stipendia.** Et dimisit omia vasa q̄ separauerat cyrus a babilonia: et omia quecūqz dixit cyrus et ipse p̄cepit fieri. et mitti hieru salem. **Et cum processisset ille adolescens: eleuans faciem in hieru salez: benedixit regem celi. et dixit. Abs te est victoria: et abs te est sapientia et claritas: Et ego seruus tuus sum. **Benedictus es qui dedisti michi sapientiaz: et tibi confitebor dñe deus patz nostroz. Et accepit epl̄as. et p̄fectus ē i babiloniā. Et venit et nunciauit fratribus suis oibus qui fuerūt in babilonia et bñdixerunt deum patz suoz. qm̄ dedit illi remissioz et refrigeriū. vt ascēderent et edificarēt hierl̄m: et tēplūz vbi noiatuz ē nomē ei⁹ in ipso. et exultauerunt cum musicis et leticia diebus septem.******

P **Est hec autem electi sunt vt ascēderēt p̄cipes pa**

goruz p̄ domos et tibus suas: et vxores illoz et filij et filie eozū et serui et ancille ipsoz: et pecora illorū. **Et darius rex misit vna cum eis equites mille donec deducerēt eos in hierl̄m cum pace et cum musicis et cum tympanis et tybijs. et oēs fratres erāt iudentes: et fecit eos ascēdere simul cum eis.** Et hec sunt nomina virorū q̄ ascēderūt p̄ pagos suos in tribus et i partē p̄cipatus ipsoz. **Sacerdotes. filij finees. filij aaron: hiesus filius iosedech: ioa chi: filius zorobabel: filij salathiel de domo dauid. ex progenie phares. tribu autem iuda q̄ locutus ē sub dario rege per sarū sermones mirificos in sc̄do año regni ipsius mēse nisā primo. Sūt autē hi q̄ ascēderunt ex iudea de captiuitate trāsinigratōnis: quos trāsinigravit nabuchodonosor rex babilōie i babilonē et reuersus ē in hierl̄m. Et reliqt partē iudeg vnusqui sc̄qz in ciuitate suā q̄ venerūt cum zorobabel et iesu: neemias areozes. elimeo emmanio. mardocheo. beelsuro. mechpsacocoz oliozo emonia. vnus de p̄ncipibus eozum: et numerus a gentilibus eozūz: ex p̄positis eozum. **Filij phares: duomilia centuz septuagintaduo. Filij ares: tria milia qui quaginta septem. Filij femo: cētum quadragintaduo. In filiis hiesu et ioabes: mille trecentiduo. Filij demu: duomilia quadringenti septuaginta. Filij choraba: ducenti quinqz. Filij banica: centum sexaginta octo. Filij bebecch quadringentis. Filij archad: quadringenti vigintiseptem. Filij chan: trigintaseptem. Filij zoar: duo milia sexagintaseptem. Filij admu: quadringenti sexaginta vnus. filij adarectis centum octo. filij cjaso et zelas: centum septē filij azoroch: quadringenti trigintanouem. filij iedarbone: centum trigintaduo. filij ananie: centum triginta. filij asoni: nonaginta. filij māsar quadringenti vigintiduo. filij zabarus: nonagintaquinqz. filij sepolemō: centū vigintis. filij nepopas: quinquagintaquinqz. filij bechanatus: centum quinquaginta octo. filij cebethamus: centum trigintaduo. filij arpatros: qui enocadies et modie: quadringenti vigintitres. **Qui ex gramas et gabea: centum vigintivnus. Qui ex beffelon et ceage: sexagintaquinqz. Qui ex bastaro: centuz vigintiduo. Qui ex bechenobes: quinquagintaquinqz. filij lip̄tis: cētum qui quagintaquinqz. filij labonni: trecenti quinqz. filij lichem: trecenti septuaginta. filij suadon et elionius: trecenti septuaginta octo. filij ericus: duomilia centum quadragintaquinqz. filij anas: trecenti septuaginta. **Sacerdotes. filij edd⁹ filij euther. filij heliasib: trecenti septuagintaduo. filij emeruz: ducēti quinquagintaduo. filij fasuri: trecenti quinquagintaseptem. filij careg: ducēti vigintiseptem. **Leuitē: filij hiesu i cadubel: et banis: et serebias et edias: septuagintaquatuoz. **Omnis numerus a duodecimo año: trigintamilia quingenti sexagintaduo. filij et filie et vxores. omis computatio quingentimilia ducēti quadragintaduo. filij sacerdotū************

qui psallebant in templo. filij asaph: centū viginti octo. Ostiarij vero. filij asmenni: filij azer: filij amō: filij accuba: topa: filij tobi: omnes centū trigintanovē. Sacerdotes seruiētes in tēplo. filij sel: filij gaspha: filij tobloch filij carie: filii su: filij bellu: filij labana: filij armacha: filij accub: filij vtha: filij cetha: filij aggab: filij obai: filij anani: filij canna: filij geddu: filij an: filij radin: filij desanō: filij necho: filij caseba: filij gaze: filij ozui: filij simone: filij attrē: filij hastem: filij asiana: filij manei: filij nasim: filij accusu: filij agista: filij azui: filij fauon: filij fasalon: filij meedda: filij fusa: filij careg: filij barcus: filij sareg: filij coesi: filij nasith: filij agisti: filii pedon: salomon filii eius: filij asophor: filij phacida: filij celi: filij dedon: filii gad dabel: filii sephēgi: filii aggia: filii sachareth: filii sabathen: filii caroneth: filii malsith: filii ame: filii sasus: filii addus: filii suba: filii eura: filii rahoris: filij phasphat: filii malmon. Omnes sacro seruiētes et pueri salomonis: quadringenti octogintaduo: Hi sunt filii qui ascenderūt a chermel et thesa: principes eorum: carmella et careth: et nō poterant edicere ciuitates suas et progenies quēadmodū sunt ex israel: filii dalar: filii thubal: filii nechodaici ex sacerdotibus qui sungebatur sacerdotio et nō sunt iuēti. filii obia: filii achisof: filii addin: qui accepit vxorē ex filiabus phargeleu: et vocati sunt noie eius. Et horum quesita ē generis scripta ipedatura et non est inuenta: et prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illi neemias: et astharas ne participentur sancta: donec exurgat pontifex doctus in ostensionē et veritatem. Omnis autē israel erat: exceptis seruis et ancillis: quadringentaduomilia trecenti quadraginta. Serui horum et ancille: septem milia trecenti triginta septem: cantores et cantatrices ducenti sexaginta quinque. Cameli: quadringenti triginta quinque. Equi: septem milia triginta sex. Multi: ducenta milia quadraginta quinque. Subiugalia: quinque milia viginti quinque. Et de prepositis ipsis per pagos: duz venirent in templum dei quod erat in hierusalem: innouare et suscitare templū in loco suo scdm suā virtutem: et dari in templū thesaurū operū sacrauri mnas duodeci milia: et stolas sacerdotales centum. Et habitauerūt sacerdotes et leuitē: et qui exierant de plebe in hierusalē et in regione: et sacri cantores et ostiarij: et omnis israel in regionibus suis. Instante autē septimo mense. cūq; essent filii israel vnusq; q; in suis rebus: cōuenerūt vnanimēs i atrium quod erat aī ianuā orientālē. Et stantē biesus filius iosedech: et fratres eius sacerdotes: et zorobabel filius salathiel et huius fratres: pauerūt altare: vt offerret sup illud holocaustomata scdm q; in libro moysi hominis dei scripta sunt. Et cōuenerūt ibi ex aliis nationibus terre: et exererūt sacrarium in loco suo omnes gentes terre: et offerēbāt hostias et holocaustomata dño matutina. Et egerunt

scenophegiam: et diē solennē sicut p̄ceptū est in lege: et sacrificia quotidie sicut oportebat: et post hęc oblatōnes institutas: et hostias sabbatorū: et neomeniarū: et diē solennium oīm sanctificatorum. Et quorū quot uouebant dño a neomenia septimi mensis: ceperunt hostias offerre deo: et templū nondum erat edificatuz. Et dederūt pecuniā lapidariis et fabris: et potum et pabula cū gaudio. Et dederunt carra sydoniis et tiriis: vt transuerberēt ill' de libano trabes cedrinās et facerēt rates in ioppe portum: scdm decretū qd scriptum erat eis a cyro rege persarum. Et in secundo anno venientes in templum dei i hierusalem: mense secundo inchoauit zorobabel filius salathiel: et biesus filius iosedech: et fratres ipsorū et sacerdotes et leuitē: et oēs qui uenerant de captiuitate in hierusalē: et fundauerunt templū dei: nouilunio secundi mensis secundi anni: cum uenissent in iudeā et hierusalem. Et stauerunt leuitas a viginti annis super opa domini. Et stetit biesus et filius eius et fratres: omnes leuitē: conspirātes et executores legis: faciētes opera i domo domini. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis: et leuitē filii asaph habentes cymbala: collaudantes dñm: et benedicentes hm dauid regez israel. Et cantabāt canticum domino: quoniam dulcedo eius et honor in secula super omnē israel. Et omnis populus tuba cecinerunt: et proclamauerūt uoce magna: collaudantes dñm in suscitōne domus domini. Et uenerunt ex sacerdotibus et leuitis et p̄sidentibus hm pagos senioribus qui uiderāt pristinam domū: et ad huius edificatōnem euz clamore et planctu magno: et multi cum tubis et gaudio magno: intantum vt populus nō audiret tubas prop̄ planctum populi. turba em̄ erat tubis canēs magnifice: ita vt longe audiret. Et audierūt inimici tribus iude et beniamin: et uenerunt scire que esset uox tubarū. Et cognouerunt: qm̄ qui erāt ex captiuitate edificat templum dño deo israel. Et accedētes ad zorobabel et biesum et prepositos pagorum: dixerūt eis: Edificabimus vna uobiscū. Similr em̄ audiuimus dñm nrm̄. et ipi pariter incedimus a diebus asbasareth regis assiriorum: q; trāsmigrauit nos huc. Et dixit illis zorobabel: et biesus et principes pagorū israel. Non ē nobis et uobis edificare domum dei nri. Nos enim soli edificabimus dño deo israel: hm ea que p̄cepit nobis cyrus rex persarum. Hęc autē terre incubātes his qui sunt in iudea: et leuātes opus edificatōnis: et insidias et populos adducētes: prohibebant eos edificare: et aggressoras exercentes impediunt ne cōsummaret edificium omni tempore uitę cyri regis: et protraxerūt structurā p̄ biennium vsq; ad darij regnum. C. VI.

In secundo autem anno regni darii prophetauit aggeus et zacharias

filii addin prophete apud iudeam et hierusalem: in nomine dei israel super eos. Tunc stans zoobabel filius salathiel. et hiesus filius iosedech: inchoauerunt edificare domum domini que est in hierusalē: cum adessent eis prophete dñi et adiuuarent eos. In ipso tempore venit ad illos syennes subregulus syrie et phenicis et satrabuzanes et sodales eius et dixerunt eis: Quo precipiente vobis domum hanc edificare. et tectum istud et alia omnia perficitis. Et qui sunt structores qui hęc edificiant. Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos qui erant ex captiuitate a dño seniores iudeorum. et non sunt impediti edificare donec significaretur dario de oibus istis. et responsum acciperetur. Exemplum epistolę quę miserunt dario. Syennes subregulus syrie et phenicis et satrabuzanes et sodales eius: in syria et phenice p̄sides regi dario salutem. Omnia nota sunt dño regi quod cum aduenissemus in regionem iudeę. et introissemus in hierusalē. inuenimus edificantes domum dei magnam et templum ex lapidibus politis et magnis et preciosis materijs in parietibus. et opera illa instanter fieri. et suffragare et prospere in manibus eorum et in omni gloria quę diligentissime perfici. Tunc interrogauimus seniores dicentes. Quo permittete vobis edificatis domum istam. et opera hęc fundatis. Ideo autem interrogauimus ut notum faceremus tibi homines et p̄positos. et nomina scripturę p̄posito r̄u postulauimus illos. At illi responderunt nobis dicentes. Nos sumus serui dñi qui fecit celum et terram. et edificabat hęc domus ante annos istos multos a rege israel magno et fortissimo. et consummata est. Et quoniam p̄ses nostri exacerbantes erant et peccauerunt in deum israel: tradidit eos in manus nabuchodonosor regis babilonie. regis chaldeorum. et domum istam demolientes incenderunt. et populum captiuum duxerunt in babilonem. In primo anno regnate cyro rege babilonie scripsit cyrus rex domum hanc edificare. et illa sacra vasa aurea et argentea que abstulerat nabuchodonosor de domo que est in hierusalē. et consecrauerat ea in suo templo. rursus protulit ea cyrus rex templo quod erat in babilonia. et tradita sunt zoobabel et salmanasar subregulo. Et preceptum est eis ut offerret hęc vasa. et reponeret in templo quod erat in hierusalē. et ipsum templum dei edificare in loco suo. Tunc salmanasar subiecit fundamenta domus dñi que est in hierusalem. et exinde usque nunc edificatur. et non accepit consummationem. Nunc ergo si iudicatur a te rex perquiratur in regalibus bibliothecis cyri regis que sunt in babilonia: et si inuentum fuerit consilio cyri regis ceptam esse structuram domus dñi que est in hierusalē. et iudicatur a dño rege nostro: scribat de his nobis. Tunc darius rex precepit inquiri in bibliothecis. et inuentus est in egbathanis oppido quod est in media regione locus vnus in quo scripta erant ista. Anno primo regnate cyro. rex cyrus precepit domum

domini que est in hierusalē edificare. vbi incendebat igni assiduo. cuius altitudo sit cubitorum decem: et latitudo cubitorum sexaginta: quę dicitur lapidibus politis tribus. et meniano ligneo eiusdem regionis: et meniano vno nouo: et impendia dari de domo cyri regis: et sacra vasa domus dñi tam aurea quam argentea que extulit nabuchodonosor in domum domini que est in hierusalē vbi erat posita ut ponatur illic. Et precepit curam agere syennem subregulum syrie et phenicis et satrabuzanem et sodales eius et qui ordinati erant in syria et phenice p̄sides ut abstinerent se ab eodem loco. Et ego quoque precepi in totum edificare: et prosperi ut adiuuet eos que sunt ex captiuitate iudeorum donec p̄sumeretur templum edificatum dñi: et a veritate tributorum celestie syrie et phenicis: diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium dñi zoobabel p̄fecto ad thaurus et arietes et agnos: similiter autem et frumentum et sal et vinum et oleum instanter per singulos annos: prout sacerdotes qui sunt in hierusalem dictauerunt consumi quotidie sine ulla dilatione: ut offerantur libationes summo deo pro rege et pueris eius: et orent pro ipsorum vita. Et denunciatur: ut quicumque transgressi fuerint aliquid ex his que scripta sunt aut spreuerint: accipiant lignum de suis proprijs et suspendantur: et bona ipsorum regi ascribantur. Propterea et dñs cuius nomen iuocatum est ibi: exterminet omnes reges et gentes qui manum suam extenderint prohibere: aut male tractare domum domini illam que est in hierusalem. Ego darius rex decreui quę diligentissime fieri. C. VII.

Tunc syennes subregulus celestie syrie et phenicis et satrabuzanes et sodales obsecuti his que a dario rege erant decreta. assistebant sacrosanctis opibus diligentissime coopantes cum senioribus iudeorum precipibus syrie. et prospata sunt sacrosancta opera: prophetantibus aggeo et zacharia prophetis. Et consummauerunt omnia precepta domini dei israel. et ex concilio cyri et darij et artaxerxis regis p̄sarum. Et consummata est domus nostra usque ad terciam et vicesimam diem mensis adar sexto anno darij regis. Et fecerunt filij israel et sacerdotes et leuite et ceteri qui erant ex captiuitate qui appositi sunt: secundum ea que scripta sunt in libro moysi. Et obtulerunt in dedicationem templi domini. thaurus centum. arietes ducentos. agnos quadringentos. et hedos pro peccatis vniuersi israel duodecim. secundum numerum tribuum israel. Et steterunt sacerdotes et leuite amicti stolis per tribus super opera domini dei israel. secundum librum moysi: et ostiarum per singulas ianuas. Et egerunt filij israel cum his qui erant ex captiuitate. illud phasem quarta decima luna mensis primi: quando sanctificati sunt sacerdotes et leuite. Omnes filij captiuitatis non sunt simul sanctificati: quia leuite omnes simul sanctificati sunt. Et imolauit phasem vniuersi

Et post hanc...

Et post hanc...

filij captiuitatis. et fratribus suis sacerdotibus et sibimetipsis. Et maducauerunt filij israhel qui erant ex captiuitate oēs qui remanserant ab oibus execrationibus gentium terre quegentes dñm. et celebrauerunt diem festum azymorum septem diebus epulantes in conspectu domini. qm̄ reuertit cōciliū regis assiriorum in eos: cōfortare manus eorum ad opera domini dei israel. **C. VIII.**

Et post hūc regnāte artaxerxes persarum rege. accessit esdras filius azarię. filij belchię. filij solome. filij sadoch filij achitob. filij ameri. filij azabel. filij bocci. filij abisue. filij phinees. filij eleazari. filij aaron primi sacerdotis. hic esdras ascendit de babilonia cū esset scriba. et ingeniosus in lege moysi que data est a dño israel docere et facere. Et dedit ei rex gloriā q̄ inuenisset gratiam in omni dignitate et desiderio in conspectu eius. Et ascenderunt simul cū ipso ex filiis israel et sacerdotibus et leuitis et sacrificantibus templi. et ostiariis et seruis tēpli in hierusalem Anno septimo regnante artaxerxe in quinto mense: hic annus septimus ē regni: exeuntes de babilonia nonilunio quinti mensis venerunt hierosolimā iuxta p̄ceptū illius: fm̄ prosperitatem itineris a dño ipsozū datā eis. In his em̄ esdras magnā disciplinā obtinebat ne p̄termitteret quicq̄ eorum que essent ex lege domini et p̄ceptis et docendo vniuersum israel omnē iusticiam et iudiciū. Accedentes aut̄ qui scribebāt scripta artaxerxis regis. tradiderūt scripturaz q̄ obuenerat ab artaxerxe rege ad esdrā sacerdotem et lectorem legis dñi: cuius exemplū subiectū est. Rex artaxerxes esdrę sacerdoti et lectori legis domini salutē. Dumaior ego iudicans in beneficijs p̄cepi eis qui desiderant ex gente iudeozū sua sponte. et ex sacerdotibus et leuitis qui sunt in regno meo: cōmitari tecū in hierlem. Si qui ergo cupiunt ire tecum p̄ueniant et proficiant sicut p̄cauit mihi et septē amicis meis cōsiliariis: vt visitent ea que agunt fm̄ iudeā et hierusalem. obseruantes sicut habes in lege dñi. et ferat munera domio israel. q̄ voui ego et aici hierusalem. et omne aurū et argentū q̄ inuentus fuerit in regione babilonię. dño in hierusalē cū illo q̄ ē donatum pro ipa gēte i tēplo domini eozū q̄ ē i hierusalē: vt colligatur hoc aurū et argētū ad thaurus et arietes et agnos et hedos. et que his sunt cōgruentia: vt offerant hostias domio super altare dñi ipozuz q̄ ē in hierusalem. Et oia quecūq̄ volueris cū patribus tuis facere auro et argento. perface pro voluntate tua. fm̄ p̄ceptū dñi dei tui. et sacrosancta vasa q̄ data sunt tibi ad opera domus domini tui que est in hierusalē: et cetera quecūq̄ tibi subuenerint ad opera tēpli dei tui. dabis de regali gazophilatio euz vo lueris cū fratribus tuis facere auro et argen-

to perface fm̄ voluntatē dñi. Et ego quidē rex artaxerxes p̄cepi custodibus thesaurorū syrie et phenicis: vt quicq̄ scripserit esdras sacerdos et lector legis domini. diligenter detur ei vsq̄ ad argenti talenta centū. similiter et auri. et vsq̄ ad frumenti modios centū. et vini amphoras centū. et alia quecūq̄ abundant sine taxatione. Omnia fm̄ legem dei fiant deo altissimo: ne forte exurgat ira in regno regis: et filij et filiozū eius. Tobis aut̄ d̄ vt omibus sacerdotibus et leuitis et sacris cātoribus et seruis templi et scribis templi huius nullus tributū neq̄ vlla alia indictio irrogetur. nec habeat quisq̄ potestatem obijcere eis quicq̄. Tu aut̄ esdras fm̄ sapiam dei p̄stite iudices et arbitros i tota syria et phenice. et omes qui legē dei tui n̄ nouerūt doce: vt quotquot trasgressi fuerint legē. diligenter plectatur. siue morte siue cruciatu: siue etiam pecunie multatione vel abductōe. Et dixit esdras scriba Benedict̄ domi patrū nostrorū qui dedit hanc voluntatē i cor regis clarificare domū suam q̄ est in hierusalem: et me honorificauit in conspectu regis et cōsiliariozū et amicozū eius et purpuratozū eius: et ego p̄stas aio factus sum fm̄ opitulationem domini dei mei. Et cōgregaui ex israel viros: vt simul ascenderent mecū. Et hi sunt p̄positi fm̄ suas patrias et p̄ncipatus portionales eozū q̄ mecū ascenderunt d̄ babilonia in regno artaxerxis. Ex filiis phares: gersomus. Ex filiis siemarith: amenus. filiozū dauid: accus filius sceclie. Ex filiis phares: zacharias. et euz eo reuersi sunt viri centū quinquaginta. Ex filiis ductoris moabilionis zaraei: et euz ipo viri ducenti quinquaginta. Ex filiis zacues: iechnias: zechoeli: et cū ipso viri ducenti quinquaginta. Ex filiis sala: maasias gotholie: et cum ipo viri septuaginta. Ex filiis saphatie: zarias micheli: et cum ipso viri octoginta. Ex filiis iob: abdias ieheli. et cū ipso viri ducēti duo decim. Ex filijs banie salimoth filij iofaphie. et cū ipso viri centū sexaginta. Ex filiis beer: zacharias bebei. et cū ipso viri ducenti octo. Ex filiis ezead: iohannes azeban. et cū ipso viri centū decem. Ex filiis adonichā ipsi postremis. et hec sunt noia eozū. eliaphalā filij gebel et semeias: et cū ipso viri septuaginta. Et congregaui eos ad fluuiū qui dicit thias. Et metati illic fuim̄ triduo. et recognoui eos. Et ex filiis sacerdotū et leuitarū nō inueni illic. Et misi ad eleazarū et eccelom et masman et maloban et enaatha et samea et iozibus. nathan. enuagā. zachariā et mosollamuz: ipsoz ductores et peritos. Et dixi eis. vt veniret ad luddeum qui erat apud locum gazophilati. Et mandaui eis vt dicerent luddeo et fratribus eius et illis qui erant in gazophilatio: vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungentur in domo domini dei nostri. Et adduxerunt nobis fm̄ manū validam domini dei nostri viros peritos. Ex filiis mooli: filij leui: filij israel: sebebian. et filios et fratres qui

erant decem et octo. asbiam et amin. ex filiis filiozum chanangi. et filij eozum. viri viginti. Et ex his qui in templo seruebant quos dedit dauid. et ipsi principes ad operationem leuitis templo seruentium: ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis. Et vult illic ieiunium inuenibus in conspectu domini: vt quererem ab eo bonum iter nobis et quod nobiscum erant et filijs et pecoribus propter insidias. Erubui enim petere a rege pedites et equites in comitatu tutelę gratia contra aduersarios nostros. Diximus enim regi: quoniam virtus domini erit cum eis. qui inquirunt eum in omni affectu. Et iterum deprecari sumus dominum deum nostrum secundum hęc. quem et propitium habuimus et compotes facti sumus deo nostro. Et sepaui ex plebis prepositis. et sacerdotibus templi viros duodecim. et sedebant et asannan. et cum eis ex fratribus eorum viros decem. Et appendi eis aurum et argentum et vasa sacerdotalia domini dei nostri. que donauerat rex et consiliarij eius et principes et omnes israel. Et cum appendissem tradidi argenti talenta centum quinquaginta. et vasa argentea talentorum centum. et auri talenta centum. et vasorum aureorum septies viginti. et vasa creta de bono grammento splendentia duodecim. auri speciem reddentia. Et dixi eis: et vos sancti estis domino. et vasa sunt sancta. et aurum et argentum vortum est domino deo patrum nostrorum. Vigilate et custodite donec tradatis ex plebis prepositis et sacerdotibus et leuitis et principibus ciuitatum israel in hierusalem in pastofortio domus dei nostri. Et hi qui insceperunt sacerdotes et leuitę. aurum et argentum et vasa. intulerunt in hierusalem in templum domini. Et promouimus a flumine thia die duodecima mensis primi: vsquequo introiimus in hierusalem. Et cum factus fuisset tercius dies: quarta autem die ponderatum aurum et argentum traditum est in domo domini dei nostri marimoth filio iozi sacerdoti. et cum ipso erat eleazar filius phinees. et erant cum ipsis iofadus filius hiesu et medias et banni filius leuitę: ad numerum et ad pondus vniuersa. Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora. Qui autem venerunt ex captiuitate: obtulerunt sacrificium domino deo israel. thauros duodecim pro omni israel. arietes octoginta sex. agnos septuagintaduos. hircos pro peccato duodecim. et pro salute vacas duodecim: omnia in sacrificium domini. Et relegerunt precepta regis regalibus dispensatoribus et subregulis celestire et phenicis. et honorificauerunt gentes et templum domini. Et consummatis his accesserunt ad me propositi dicentes. Non segregauerunt genus israel et principes et sacerdotes et leuitę et alienigenę gentes et nationes terre immundicias suas: a chananeis et ethcis et pherezis et iebuseis et moabiticis et egyptiis et idumeis. Coniuncti enim sunt filiabus eorum et ipsi et filij eorum. et mixtum est semen sanctum alienigenę gentibus

terre. et participes erant propositi et magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni. Et mor vt audiui ista. conscidi vestimenta et sacram tunicam. et laceras capillos capitis et barbã. sedi dolens et mestus. Et conuenit quotquot tunc mouebantur in verbo domini dei israel ad me lugentem super iniquitatem istam. Et sedebam tristis vsque ad vespertinum sacrificium. Et surgens a ieiunio percissa habes vestimenta. et sacram tunicam: ingeniculas. et extendens manus ad dominum dicebam: Domine confusus sum et reueritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra: et iniquitates nostre exaltate sunt vsque ad celum: quoniam a repositibus patrum nostrorum sumus in magno peccato vsque ad diem hunc. Et propter peccata nostra et patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris. et cum sacerdotibus nostris. regibus terre in gladium et captiuitatem et deperditionem cum confusione: vsque in hodiernum diem. Et nunc quantum est quod contigit nobis misericordia abs te domine deus. et relinque nobis radicem et nomen in locum sanctificationis tue detegere luminare nostrum in domo domini dei nostri: dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostre. Et cum seruiremus non fuimus derelicti a domino deo nostro: sed constituit nos in gratia ponens nobis reges per se dare cibum. et clarificare templum domini dei nostri. et edificare deserta syon: dare nobis stabilitatem in iudea et hierusalem. Et nunc quid dicimus domine habentes hęc? Transgressi enim sumus precepta tua: que dedisti in manus puerorum tuorum prophetarum. dicens: Quoniam terra in qua introistis possidere hereditatem eius. terra polluta est coinquinatombus alienigenarum terre: et immundicie illorum repleuerunt eam totam immundicia sua. Et nunc filias vestras non coniungatis filiis eorum. et filias eorum non accipietis filijs vestris. et non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore: vt inualescentes manducetis optima terre. et hereditatem distribuatis filiis vestris vsque in euum. Et quod contingunt nobis omnia sunt propter opera nostra maligna. et magna peccata nostra. Et dedisti nobis talẽ radicem. et rursum reuersi sumus transgredi legitima tua: vti commiseremur immundicie alienigenarum gentium terre huius. Nonne irasceris nobis perdere nos. quoad vsque non relinquatur radix et nomen nostrum? Domine deus israel verax es. Derelicta enim radix vsque in hodiernum diem. Ecce nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his. Et cum adorando confiteretur esdras fides humi prostratus ante templum: congregati sunt ante eum ex hierusalem turba magna valde. viri et mulieres et iuvenes et iuencule. Flerus enim erat magnus in ipsa multitudine. Et cum clamasset iechonias ieheli ex filiis israel. dixit esdras. Nos in dominum peccauimus quod collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus

terre. Et nunc es super omnē israel. In his ergo sit iusiurandum a dño . expellere omnes vxores nostras q̄ ex alienigenis sunt . cum filiis earū . Sicut tibi decretū est a maioribus fm̄ legem dñi exurgens explica . ad te em̄ spectat negociū . et nos tecū sumus . Viriliter fac . Et exurgēs esdras adiurauit principes sacerdotū . et leuitas et omēs israel facere fm̄ hęc . et iurauerunt .

Exurgens esdras ab ante atriū templi . abiit i pastozorium ionathę filij nasabi . et hospitatus illic non gustauit panē . nec aquam bibi . super iniquitatem multitudinis . Et facta est pdicatō in omni iudea et in hierusalem omnibus qui erāt ex captiuitate in hierusalem congregati . vt quicūq; nō occurrerit bi duo vel triduo diei fm̄ iudiciū assidendum seniorum . tollerentur facultates sue . et ipe alienus iudicaretur a multitudine captiuantū . Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu iuda et beniamin in tribus diebus i hierusalem . Dic mensis ē nonus dies mēsis vicesimus . Et sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hiemē presentem . Et exurgens esdras dixit illis . Vos inique fecistis collocādo vobis i matrimoniū vxores alienigenas . vt adderetis ad peccata israel . Et nūc date pfessōz et magnificētā dño dō p̄m̄ n̄ozū . et pficite voluntatē ip̄ . et discedite a gentibus terrę et ab vxoribus alienigenis . Et clamauit omnis multitudo . et dixerunt voce magna . Sicut dixisti faciemus . S; qm̄ multitudo magna est . et tempus hibernum et nō possumus insubsidiatū stare . et hoc opus non est nobis vnus diei . neq; bi diu . multū em̄ in his peccauimus . stent p̄positi multitudinis . et omēs qui nobiscū habitant . et quotquot habent vxores apud se alienigenas . et assistant accepto tēpore ex omni loco presbiteri et iudices . vsq; quo soluāt iram domini negocij huius . Jonathas autē filius ezeli . et osias techam susceperunt scdm̄ hęc . et boso zamus et leuis et sabbatheus . siml cooperati sunt cum illis . Et steterūt fm̄ hęc omnia vnuerſi qui erant ex captiuitate . Et elegit sibi viros esdras sacerdos principes magnos de patribus eozū fm̄ nomina . et conserunt nouilunio mensis decimi examinare negocium istud . Et determinatum est de viris qui habebāt vxores alienigenas vsq; ad neomenias p̄mi mēsis . et inuenti sunt ex sacerdotibus permixti qui habebant alienigenas vxores . Et filij ihesu filij iosedecb et fratres eius . maseas et eliezerus et lozibus et ioadeus . et iniecerunt manus vt expellerent vxores suas . et ad litandum i exortatōne arietem pro ignorantia sua . Et ex filiis semmeri . maseas et esses et icelech . azarias . Et ex filiis fofere . lisomastaf . hismaenis et nathanae . ius sioreddus et talsas . Et ex leuitis . iozabduus et semeis et colnis et calitas et factas et col

uas et elionas . Et ex sacris cantoribus . eliasib zaccarus . Et ex ostiarijs . fallumus et tolbanes . Et ex israel . ex filiis foro osi et remias et geddias et melchias et michelus et eleazarus et gēmebias et bānas . Et ex filiis iolamā chamas et zacharias . et iezielus et ioddus et emoth et helias . Et ex filiis zathoim . eliadas et liasumus . zochias et larimoth et zabdis et tebedias . Et filij zebes . iohannes et amani as et zabdias et emens . Et ex filiis bāni . olamus et malluchus et ieddens et iasub et asabus et hierimoth . Et ex filiis addun . naathus et moosias et caleus et raanas maseas mathathias et beseel et bōn et manasse . Et ex filiis nuas . noneas et afeas et melchias et sameas et symō beniamin et malchus et marras . Et ex filiis asom . carianeus mathathias et bānus et eliphalach et manasse et semei . Et ex filiis banni . hieremias et moadial et abzam et iobel et baneas et pelias et ionas et mari moth et eliasib et mathaneus et eliasis et orias et dielus et semedius et sambrius . iosephus . Et ex filiis nobei . idelus et mathathias et sabadus et zecheda sedmi et iessei baneas . Omnes isti cōiunxerunt sibi vxores alienigenas et diuiserunt eas cum filiis . Et inhabitauerūt sacerdotes et leuitę . et qui erant ex israel i hierusalem . et in tota vna regione . nouilunio mēsis septimi . Et erant filij israel in commoratoribus suis . Et cōgregata est omnis multitudo simul in aream que est ab oriēte porte sacre . Et dixerunt esdrę pontifici et lectori . vt affert legē moysi que tradita ē a domio deo israel . Et attulit esdras ponifex legē omni multitudini eorum a viro vsq; ad mulierem et oibus sacerdotib; . audire leges nouilunio mēsis septimi . Et legebat in area que est ante sacraz portam templi . a prima luce vsq; ad vesperam . coram viris et mulieribus . Et dederūt omēs sensum ad legem . Et stetit esdras sacerdos et lector legis super lignum tribunal quod fabricatū ē . Et steterūt ad eum mathathias et samus . ananias . azarias . vias . ezechias et balsamus ad dexteram et ad sinistram . faldeus . misael . malachias . abusthas . sabus nabadias et zacharias . Et assumpsit esdras librū corā omni multitudine . p̄sidentem em̄ in gloria i cōspectu omnium . Et cum absoluisset legē oēs erecti steterunt . et bñdixit esdras dominum deū altissimum . deus sabaoth oipotētē . Et respondit oīs populus amē . Et eleuatis sursum manibus . procidentes in terram adorauerunt dñm iesus et baneus et sarebias et iaddimus et accubus et sabbatheus et calithes et azarias et iozadus et anaaias et philias leuitę . qui docebāt legem domini . et in multitudine legebant legem domini . et p̄ferebāt singuli eos qui itelligebant lectōnem . Et dixit atharathes esdrę pontifici et lectori et leuitis qui docebāt multitudinē . dicens . Dies hic sanctus ē domino . Et omnes flebāt cum audissent legem . Et dixit esdras . digressi ergo manducate pinquissima queq;

z bibite dulcissima queq; et mittite munera his qui non habent. Sanctus est enim hic dies domini z nolite mesti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et leuite denunciabat in publico omnibus dicentes: Dies hic sanctus est. Nolite mesti esse. Et abierunt oēs manducare et bibere z epulari. z dari munera his qui non habebat ut epulentur. Magnificē enim sunt exaltati verbis quibus edocti sūt. Et congregati sunt vniuersi in hierusalem celebrare leticiam: secundum testamentum domini dei israel.

Liber Esdre tercius explicit. Incipit liber Esdre quartus. Capitulū primum.

Iber esdre prophete secundus. filij sarei. filij azarei. filij elchie. filij sadanie. filij sadoch. filij achitob. filij achie. filij phinees

filij heli. filij amerie. filij asiei. filij marimoth filij arna. filij ozie. filij bozith. filij abisei. filij phinees. filij eleazar. filij aaron ex tribu leui qui fuit captiuus in regione medozū in regno artaxerxis regis persarū. Et factū ē verbum domini ad me. dicens: Uade z nūcia populo meo facinora ipsorum z filijs eozū iniquitates quas in me admiserūt: ut nuncient filijs filioz quia peccata parentū ipozū in illis creuerunt. Obliti enim mei sacrificauerūt dijs alienis. Nonne ego eduxi eos de terra egypti: de domo seruitutis? Ipsi autē irritauerunt me. z consilia mea spreuerūt. Tu autē excute comā capitis tui. z proiece oīa mala super illos: quoniam non obedierūt legi meę. Populus autē est indisciplinatus. Usquequo eos sustinebo quibus tanta beneficia cōtulī? Reges multos propter eos subuertī: pharaonē cū pueris suis z omnē exercitū eius percussī. Omnes gentes a facie eozū perdidī. z in oriente prouinciarū duaz populos tyri z sydonis dissipauī. z oēs aduersarios eozū interfeci. Tu vero loquere ad eos. dicens: **N**ec dicit dominus. Nempe ergo vos per mare transmeauī. z plateas vobis inīcio munitas exhibui. Ducem vobis dedi moysen. z aarō sacerdotem: lucem vobis p columnā ignis prestī. z magna mirabilia feci i vobis. Vos autē mei obliti estis dicit dñs. **N**ec dicit dominus omnipotens. Coturnix vobis in signo fuit: castra vobis ad tutelā dedi. z illic murmurastis. z non triūphastis i noie meo de perditione inimicorum vestrozū. sed adhuc nūc vsq; murmurastis. Ubi sunt beneficia que prestī vobis? Nonne i deserto cum esuriretis proclamastis ad me dicentes: ut quid nos i desertum istud adduxisti iterficere nos? Melius nobis fuerat seruire egyptijs q̄ mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros. et dedi vobis manna in escam. Panem angelozum manducastis. Nonne cū sitiretis: petra excidi. z fluxerūt aque i saturitate? Propter estus folijs arborū vos texi. Diuisi vobis

terras pingues: chanaanos z pherezecos. et philistinios a facie vestra proieci. Quid faciam vobis a dhuc dicit dominus? **N**ec dicit dominus omnipotens. In deserto cū essetis in flumine ammorrhoeo sitientes z blasphemantes nomē meū. non ignē vobis pro blasphemijs dedi: sed mittēs lignū in aquam. dulce feci flumen. Quid tibi faciā iacob? Noluisti obedire iuda. **T**rāsseram me ad alias gentes. z dabo eis nomē meū: ut custodiant legitima mea. Quoniā me dereliquistis: z ego vos derelinquam. Perentibus vobis a me misericordiam nō miserebor: quando inuocabitis me. ego non exaudiaz vos. **M**aculastis enim manus vestras sanguine: z pedes vestri impigri sunt ad cōmittenda homicidia. Nō q̄si me dereliquistis: sed vos ipsos. dicit dominus. **N**ec dicit dominus omnipotens. Nonne ego vos rogavi ut pater filios. z mater filias. z ut nutritrix paruulos suos: ut essetis mihi in populum. z ego vobis in deū: z vos mihi i filios. z ego vobis i patrē? **I**ta vos collegi. ut gallina pullos suos sub alas suas. **M**odo autē quid faciā vobis? **P**roiciā vos a facie mea. **O**blationem cū mihi attuleritis auertā faciē meam a vobis. **D**ies enim festos vestros et neomenia z circūcisiones repudiāui. Ego mihi pueros meos prophetas ad vos quos accepit interfecistis: z laniastis corpa eozū: quorum sanguinē exquiraz dicit dominus. **N**ec dicit dñs omnipotens. **D**omus vestra deserta est. **P**roiciā vos sicut ventus stipulam: z filij procreationē nō faciēt: quoniā mādatū meum neglexerunt. z quod malū ē corā me fecerunt. **T**radam domos vestras populo venientī qui me nō audietes credūt. quib; signa nō ostendi facient que precepi. **P**rophetas nō viderunt z memorabuntur iniquitatū eozū. **T**estor populi venientis gratiā. cuius paruuli exultant cū leticia me nō vidēt ocul carnalibus. sed spiritu credēt que dixi. **E**t nunc frater aspice que gloria: z vide populū venientē ab oriēte: quibus dabo ducatum abraham ysaac z iacob z osee z amos z michę z iohel z abdie z ionę z naum z abachuc sophonij aggei zacharie z malachim: qui z angelus domini vocatus est. **C. II.**

Nec dicit dominus

Ego eduxi populum istuz de seruitute: quibus mandata dedi per pueros meos prophetas quos audire noluerūt sed irrita fecerūt mea cōsilia. **M**ater que eos generauit dicit illis. **I**te filij: quia ego vidua sum z derelicta. **E**ducaui vos cū leticia. z amisi vos cum luctu z tristitia: **Q**uoniā peccastis coram domino deo vestro. z quod malum ē coram eo fecistis. **M**odo autē quid faciaz vobis? **E**go vidua sum z derelicta. **I**te filij. et petite a domino misericordiam. **E**go autem te pater testē inuoco super matrem filiozū q̄ noluerunt testamētū meū seruare: ut des eis confusionē z matrē eozū in direptionem: ne